

remotioſiorem non excludit, ſecus eſt in aſcendentibus, illis enim jus repræſentationis non conceditur. II. Liberi ex diſverſis gradibus ſoli admittuntur; cum parentibus fratres & ſorores quandoque defuncti ſimul concurrunt. Hæc itaque peculiaria, illa communia utrique ordini ſunt.

### LXIX.

Cæterùm in quotuplici differentia deſcendentes ſupra eſſe diximus, in totuplici diſcrimine quoque ipſos aſcendentes inveniri, ratio facit ut concedamus: ea propter miſſis reliquis, qui huc non pertinent, quatuor ſimiliter aſcendentium hic genera ſtatuumus, ſunt namque vel *Naturales tantum*, vel *Naturales & legitimi ſimul*, vel *legitimati*, vel denique *legitimi ſolum*.

### LXX.

Primò itaque in ſucceſſione parentum naturalium, ad eundem modum quò ſupra diſtinguimus: aliter enim Pater, aliter Mater eis ſuccedit; Ille quidem in duabus unciis, *arg. Novell. 18. c. 5. & per text. apert. Novell. 89. c. 13.* Hæc verò in ſolidum *l. 2. in pr. ff. ad SC. Tertyll. §. fin. Inſt. eod. c. 13. Nov 89.* Viciffitudinariæ enim ſucceſſiones; quapropter ex linea quoque materna reliqui aſcendentes hic admittentur, non ex paterna: quemadmodum enim nepotes naturales illis non ſuccedunt, *l. fin. C. de nat. lib. ita & hi ab eorum ſucceſſione ſemoti ſunt. Adde Azon. in ſumm. C. de natural. lib. n. 4.* Quid juris ſit eo caſu, cum & pater naturalis & mater ac fratres vel ſorores utrinq; (ut ita dicam) conjunctè adſint, tradit *Schür. de ſucceſſ. aſcend. limit. 7. ex ſententia Salicet. in auth. defuncto. C. ad SC. Tertyll.* Patrem ſc. in duas uncias, in reſiduum Matrem cum ſororibus &c. ſuccedere,

### LXXI.

Quæſtionem hic movent Interpp. non inutilem, ut *Nic. de Ulbald. de ſucc. aſcend. n. 23. Mattheſyllan. in 2. membr. 2. art. princip. n. 10.* Nunquid etiam tales perſonæ, quæ impediunt ſucceſſionem filii Naturalis in bonis patris ſui, ſimiliter ſi adſint naturali filio, obſtarent in ſucceſſione ejus patri. Ac de de-

D

ſcenden-